

II sezione

La possibilità di dedicarsi a se stessi è la condizione prima non solo della libertà, ma anche della saggezza

Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco sed spectaculi, quod omnes molestos ad sphaeromachian avocavit. Nemo inrumpet, nemo cogitationem meam inpediet, quae hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepabit subinde ostium, non adlevabitur velum: licebit tuto vadere, quod magis necessarium est per se eunti et suam sequenti viam. Non ergo sequor priores? facio, sed permitto mihi et invenire aliquid et mutare et relinquere; non servio illis, sed assentior. Magnum tamen verbum dixi, qui mihi silentium promittebam et sine interpellatore secretum: ecce ingens clamor ex stadio perfertur et me non excutit mihi, sed in huius ipsius rei contemplationem transfert. Cogito mecum quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci; quantus ad spectaculum non fidele et lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo; quam inbecilli animo sint quorum lacertos umerosque miramur. Illud maxime revolve mecum: si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest qua et pugnos pariter et calces non unius hominis ferat, qua solem ardentissimum in ferventissimo pulvere sustinens aliquis et sanguine suo madens diem ducat, quanto facilius animus conroboreari possit ut fortunae ictus invictus excipiat, ut proiectus, ut conculcatus exurgat. Corpus enim multis eget rebus ut valeat: animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. Illis multo cibo, multa portione opus est, multo oleo, longa denique opera: tibi continget virtus sine apparatu, sine impensa. Quidquid facere te potest bonum tecum est.

Seneca

Oggi posso dedicarmi a me stesso, non per merito mio, ma grazie ad uno spettacolo, che ha richiamato tutti i seccatori alla sferomachia. Nessuno farà irruzione nella mia casa, nessuno disturberà le mie riflessioni, che procedono più arditamente proprio confidando in questo. La porta non cigolerà all'improvviso, la tenda all'ingresso della stanza non verrà sollevata: potrò procedere tranquillamente, cosa particolarmente necessaria per chi cammina con mezzi propri e segue la via che egli stesso si è tracciata. Non seguo, dunque, le orme dei miei predecessori? Sì, ma mi permetto di scoprire qualcosa di nuovo, di cambiare e di tralasciare qualcosa: non sono loro schiavo, ma mi trovo con loro d'accordo.

Ho esagerato, però, quando mi sono ripromesso silenzio e solitudine senza importuni: ecco che mi giungono dallo stadio forti grida, che non mi distraggono dalle mie riflessioni, ma le spostano su questo fatto. Penso tra me e me quanto sono numerosi quelli che esercitano il corpo e quanto pochi quelli che esercitano lo spirito; quanta gente accorre a uno spettacolo vano e inconsistente, e che deserto c'è attorno alle attività spirituali; quanto è debole l'animo di quelli dei quali ammiriamo tanto i muscoli e le spalle.

E soprattutto medito su questo: se con l'esercizio un corpo può essere condotto a sopportare pugni e calci di più uomini contemporaneamente, e un uomo può passare un giorno intero sotto il sole cocente e in mezzo alla polvere rovente, madido del proprio sangue, quanto più facilmente si potrebbe rafforzare l'animo, in modo che riceva senza piegarsi i colpi della fortuna, che si rialzi appena atterrato e calpestato. Il corpo, infatti, ha bisogno di molte cose per star bene: l'animo cresce da sé, si alimenta e si esercita con le sue forze. Gli atleti hanno bisogno di molto cibo, di molte bevande, di molto olio, e infine di un lungo esercizio: la virtù, invece, si può ottenere senza alcuna preparazione o spesa. Tutto ciò che può renderti buono è con te. (M. Natali)

Distribuzione grafica di tipo sintattico¹

Hodierno die non tantum meo beneficio **mihi vaco**
sed spectaculi,
quod omnes molestos ad sphaeromachian avocavit.
Nemo inrumpet,
nemo **cogitationem meam** inpediet,
quae hac ipsa fiducia procedit audacius.
Non crepabit subinde ostium,
non adlevabitur velum:
licebit tuto vadere,
quod magis necessarium est
per se eunti
et **suam** sequenti viam.
Non ergo sequor priores?
Facio,
sed permitto **mihi**
et invenire aliquid
et mutare
et relinquere;
non servio illis,
sed assentior.
Magnum tamen verbum dixi,
qui **mihi** silentium promittebam
et sine interpellatore secretum:
ecce ingens clamor ex stadio perfertur
et **me** non excutit mihi,
sed in huius ipsius rei contemplationem transfert.
Cogito **mecum**
quam multi corpora exerceant,
ingenia quam pauci;
quantus ad spectaculum non fidele et lusorium fiat concursus,
quanta sit circa artes bonas solitudo;
quam inbecilli animo sint
quorum lacertos umerosque miramur.
Illud maxime revolvo mecum:
si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest
qua et pugnos parite et calces non unius hominis ferat,
qua
solem ardentissimum in ferventissimo pulvere sustinens
aliquis
et sanguine suo madens
diem ducat,
quanto facilius animus conroboreari possit
ut fortunae ictus invictus excipiat,
ut proiectus,
ut conculcatus exsurgat.
Corpus enim multis eget rebus
ut valeat:
animus **ex se** crescit,
se ipse alit,
se exercet.
Illis multo cibo,
multa potionem opus est,
multo oleo,
longa denique opera:
tibi continget virtus sine apparatu,
sine inpensa.
Quidquid facere **te** potest bonum
tecum est.

¹ Cfr. Luigi Masini, *Distribuzione grafica di tipo sintattico del testo*, in *Zetesis* anno xxv (2005) N. 1. Alfredo Ghiselli l'ha giudicata personale e acuta.